

*aqva simplici mineras Spadanarum dicit HELMONTIUS.* In-  
tellige in minima dispersas, ex pugnâ fasium, sine qvibus nulla  
facile in Venis subterraneis effervescentia, aut ebullitio, nulla fa-  
*Thermarum fervor unde?* cile feminii alicujus metallici à Mineris suis derafis ac depositio  
*Ad extractio-* in Aqvas fit; sed simpliciter qvodammodo ad proliendas in  
*mēns sale opus.* aliquem liqvorem è minerâ crudâ auras metallicas, reqviritur  
qvoddam sal qvod se in intima illius insinuet, destruendoqve  
compaginem latentes intus tincturas & activiores particulas eli-  
ciat! Cujus rei exemplum speciosum, Clariss. Galliæ Chymicus,  
P. JOH. FABER ( apud D. CHRIST. LANGIUM, d. Therm. Ca-  
ròlin.c.3. §. 12. ) nobis insinuat, afferens, dari in qvâdam Galliæ  
regione puteum, qvi ex Antimonii fodinâ ac minerâ stillantes a-  
qvas continuò emittat. Neqve tamen has ullis Antimonii virtu-  
tibus gaudere, sed bono digestionis successu, ac impunè, bibi ab  
*Aqua minera* omnibus ejus loci incolis. Cujus rei causam laudatus FABER  
*Antimonialis innocua.* hanc pronunciat, qvod aqva ista careat miscelâ salis. Probatq;  
hoc experimento, si enim Antimonium crudum aliquandiu aqva  
tepidæ, immò fervidæ immergatur nisi modò vini aliqua pars fu-  
erit admista non perceptibilem fore ullam in Aqva ista Antimo-  
nii virtutem, sed reqvieturam, ut ita loqvar, in suâ sede. Vinum  
verò qvam facile penetrat, ratione salis volatilis! Qvam integrè  
sæpe Vegetabilium alioqvi virtutes in menstruum aut liqvorem  
ponit! Hinc graviter monuisse memini Medicum Seculi nostri  
ter-maximum, Nobiliss. DN. D. JOH. MICHAELEM, qvoties  
potiuncula alicui catharticæ, Corpora Resinosa adderentur me-  
liorem fore eorundem extractionem, si aliquid vini addideris!  
*Vini utilitas* Ad cujus imitationem, eventus me fecellit nunquam sive in Affe-  
*in potiunculis* cibis Melancholicis, sive serosis, aut aliis procurandis, e. g. in A-  
*purgantibus.* nomaliâ Cholericâ, præmisso digestivo.  
Rx. Sirup. Cichor. c. rabarb. 3ff.  
Scammon. ♀rat. gr. v.  
Resin. gialap. gr. iiij.  
Aq. Cichor. Taraxac. Violar. a 3ff.  
Cinam. borraginat. 3ij.  
Vin. Rhenan. opt. 3vj.  
Tartar. ♂lat. gr. iiij. M. pro haustu qvi non ita pri-  
dem Juveni cuiuspiam 20. Annorum propinatus à me, alvum de-  
cice